



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De plenitudine s[an]cto[rum]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De dñia plenitudinis gratie.

Maria dicitur fons Beatissima igitur virgo maria dicitur fons propter gratiarum abundantiam. prout propter humilitatis excellentiam. et propter hoc creuit in fluvium maximum quoniam genuit dominum nostrum iesum christum. qui dicitur in ecclesiastico. Ego quasi aqua ductus egressus sum de paradiso dei. Et ab isto flumine descendit plenitudo sanctorum quasi quedam rivus. quod de plenitudine eius omnes accepimus. Prima istarum plenitudinum prout vacuitatem. secunda. negat particularitatem. tertia importat redundantiam. Plenitudo beatissime virginis prout vacuitatem. quod diu enim vas potest recipere aliquid tam diu habet aliquid de vacuitate. Unde omnis creatura alia habet aliquid vacuitatis. quod maiorem gratiam possibilem recipere. ipsa autem sola gratia plena. quod maiorem gratiam non potuit habere. nisi enim ipsa diuinitati uniret maior gratia non potuit intelligi quod quod de ipsa acciperetur quod uniret. hoc enim est nisi ipsa esset deus non posset maior gratia intelligi quod quod ipsa esset dei mater. unde Bern. legimus in actibus apostolorum. Stephanus plenus gratia et fortitudine. et apostolos repletos fuisse spiritu sancto. hoc longe distat a maria. Alioquin nec in illo plenitudo diuinitatis corporaliter quemadmodum in maria habitauit. nec illi preceperunt de spiritu sancto quo maria. Et sic plenitudo beatissime virginis prout vacuitatem. plenitudo christi prout particularitatem. non enim ad mensuram dedit deus spiritum sanctum. Glo. non particulariter. neque per subdivisiones. sed generaliter et vniuersaliter. ¶ Plenitudo sanctorum que est communis importat redundantiam. replet enim animam interius et effluit per operationem exterius. Et hec effluxio est duplex. Quidam enim de minori perfectione fluunt ad exteriores operationem ad superius saluacionem et aliorum per exempla edificacionem. et hec est communis sanctis omnibus hominibus tempus operandi. et hec plenitudo sufficientie appellatur ad quam tenentur omnes. Alii autem effluunt non tantum per bonam operationem sui et aliorum saluacionem. sed etiam in doctrinam salutare et in ecclesie totius edificacionem. ¶ De prima istarum effluxionum habita plenitudo bonis operibus et elemosinis sunt. de secunda. Repleti sunt apostoli spiritu sancto. Et hec vltima est duplex. Quidam enim effluunt per bonam operationem et instructionem. quidam super hoc et sanguinis effusionem per anime per fide positionem. Prima communis est omnibus doctoribus. secundum quosdam doctoribus et martyribus. Et ad istam duplicem ex officio tantum prelati tenentur. Et potest hec appellari plenitudo excellentie. in qua prelati suos subditos excellere debent. Et de vltima istarum dicitur. Stephanus plenus gratia et fortitudine. Plenus inquam gratia ad peccatores conuertendos. fortitudine ad passionem sustinendas. De omnibus plenitudinibus istis dicitur in ecclesiastico. Ad locum unde exeunt flumina reuertuntur ut iterum fluant etc. Locus istarum plenitudinum est abyssus dei. unde exeunt flumina omnia per gratiarum effluxionem. et redeunt per gratiarum actionem. ut iterum fluant per gratiarum multiplicationem. Ex his patet solutio ad obiecta

Solo patet